

Correction

Argumentum est res ficta quæ tamen fieri potuit ut argumenta **comædiarum**. Ita describitur a Tullio in nouo Rhetoricorum primo. Est autem oratio præuia breuiter totius **comædiæ** seriem et ordinem continens. Et hanc præscire necesse est, ut clarior in **comædiam** ad actusque eius omnes aditus fiat. Cum autem doctor melius doctrinare non possit quam cum ea quæ dicit ad oculum discentis realiter demonstrat, id ego facere studui per hoc quod ad argumentorum declarationem **comædiarum** omnium unam principalem sculpsi figuram ; in qua intuitu uno simplici respectus personarum cernitur omnium, qualisque personarum alt[er]cantium quadripartita et partialis divisio, medii quoque comici superuenientis semper in medium locatio, amantiumque per linearum tractus contraria positio. Has autem ita ut **comædiæ** totius fundamentum habere uolentibus longe suspensionis labor absit, non sine laboribus redegi. Attentas igitur, o lector, præbe aures, et quis sit figuræ huius **comædiæ** primæ intellectus carpe.

- 1) comædiarum : génitif pluriel.
- 2) comædiæ : génitif singulier.
- 3) comædiam : accusatif singulier.
- 4) comædiarum : génitif pluriel.
- 5) comædiæ : génitif singulier.
- 6) comædiæ : génitif singulier.